¶ROBRTI, VVHITINTONI alma inv niuersitate Oxoniẽsi laureati, de octo partibus orationis, æditio.

¶Authoris distichon.

Grammaticæ fautrix reliquas dat adire sorores
Pegasidum pulses hac sine sero fores.

¶Facundissimi Remacli Florenatis Hexastichon.

¶ Grammatices quisqs magnam aspernaris auenam
Nec cupis e tanto gramine principiũ
Legeiti dẽ parili reliq̃s postpõe sorores
Quas tibi Mnemosynes sãcta ꝓpago dedit
Prima ttahit partus primordia diua loquendi.
Ad socias huius ianua prima patet.

✠
✠✠✠
✠

EX DONO Bibl. Bodl. DONO

ROBERTI WHITINTONI

¶De octo partibus orationis.

GRAMMATICA EST CONGRVE LOQVENDI SCIENTIA/ Recteq; scribere docens/ dictione/ authoritateq; constans

¶ Grāmatica dē a grāma grece/ quod latine dr litera Cane dicas et icos scientia q; ica adiectio sine prestio est in grāmatica/ vt icus in heroicus gallicus. ec. ¶ Grāmatice partes sūt quatuor. scilicet Littera/ Syllaba/ Dictio/ et Oratio. Cuius sensus sic accipiēdus est q; prima pars grāmatice sit de lēa/ secūda de syllaba/ tertia de dictione/ quarta de oratione. Grāmatice partes.

¶ Litera ē minima pars vocis cōpositē et literis que scribi potest individua. Litera.

¶ Vox est repercussio aeris ad vocalem arteriam auribus accidens.

¶ Vox dicitur a boo/ as/ mutā b in u/ et ultima o in x dicta.

¶ Vox est duplex/ articulata et inarticulata. Vox.

¶ Vox articulata est que ab aliquo mentis sensu proficiscitur. vt Petrus gemitus.

¶ Vox inarticulata est que a nullo mentis sensu proficiscitur. vt tonitrus/ coax.

¶ Vox articulata est duplex/ scz literata/ et illiterata.

¶ Vox Articulata literata ē illa q̄ ab aliquo mētis sēsu pfecta scribi pōt/ vt Petrus.

Vox articulata illēata ē illa q̄ ab aliquo mētis sēsu profecta scribi nō pōt vt gemit⁹.

¶ Vox inarticulata similiter est duplex/ Literata et illiterata.

¶ Literata vox et inarticulata ē illa que a nullo mentis affectu pfecta scribi potest. vt coax/ cra.

¶ Illiterata vox et inarticulata est illa que a nullo mentis affectu profecta scribi nō potest/ vt tu multus/

¶ Litera dicitur a litura/ vel a legendo/ quasi legitera/ quia legendi iter prebet

¶ Literis accidūt tria/ Nomen quo appellātur/ Figura qua depinguntur/ Potestas qua valent.

¶ Littere in hoc distant ab elementis q; elementa proprie sunt ipse literarum pronunciationes/ littere vero figure/ sed confundantur. Vocales.

¶ Littere sunt in alphabeto duo et viginti. scz. a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t. v.x.y.z. Ex his quinq; sūt vocales. a.e.i.o.u. Vocales ideo sūt dicte/ quia p se plenam faciunt vocē. y. vocalis greca ē. et in grecis/ non autem latinis scribitur dictionib⁹. vt Tytirus. Ceteras consonantes appellamus/ quasi cum vocalibus sonantes. Sūt aūt sedecim. b.c.d.f.g.k.l.m.n.p.q.r.s.t.x.z. h non est litera/ sed aspirationis nota. Consonantes

¶ Consonantes dividuntur in mutas et seminocales. Mute.

¶ Mute sunt nouem. b.c.d.f.g.k.p.q.t.

Mute aūt ideo dicte/ quia respecta aliarum literarum parum sonant. Seminocales

Seminocales sunt septem. l.m.n.r.s.x.z. Liquide.

Ideo seminocales/ quia plenam vocem habent. Ex his duo sunt liquide. l. et r. aliq̄ etiam. m.n. et s. Quas ideo liquidas appellam⁹/ quia post mutas posite faciunt precedentē syllabā breuē esse communē/ vt pharetra et pharetra/ media lōga vel brēui. Dipthongus

¶ Dipthongus est conglutinatio duarū vocaliū vim suā seruantium in eadē syllaba. Dipthongi sūt quinq; ae. oe. au. eu. et ei. hec duo scribūtur et nō proferūtur. ae. oe. Au. eu. et. ei. scribūtur et pferūtur/ vt audio/ euge/ et hei. Virgi. Hei mihi q̄lis erat. Syllaba.

¶ Syllaba est vox materialis que sub vno accentu et vno spiritu indistanter profertur.

¶ Accidunt syllabe quatuor/ Tenor/ Spiritus/ Tempus/ et Numerus literarum.

¶ Tenor es. i. accentus sunt tres/ Acutus/ gravis/ et circumflexus.

¶ Spiritus duo sunt/ Asper vel lenis.

¶ Tempora sunt tria/ Brēue/ longum/ et commune.

¶ Numerus q; syllaba cōstare pōt ab vna ad sex lēas. vt a. ab. abs. stra. trās. stirps Dictio.

¶ Dictio est minima pars orationis constructe. i. in ordine posite/ pars autem quātū ad totum intellectum. Oratio.

¶ Oratio est ordinatio dictionum congruam perfectamq; sententiam demonstrans.

¶ Oratio est duplex/ scz Grammatica que constat ex nomine et verbo/ Rhetorica que constat ex sex partibus/ hoc est exordio/ narratione/ diuisione/ confirmatione/ confutatione/ et conclusione.

¶De nominibus.

PARSORATIONIS EST VOX INDICTIS mētis cōceptum. ¶ Partes ozationis sunt octo. Nomen. Pronomē. Verbum. Participiū. Aduerbium. Cōiunctio. Prepositio. & Interiectio. Ex his octo partibus quatuoz declinantur. scilicet/ Nomen/Pronomen/ et Participiū cum casu/Verbum per tempora/et modos/Reliqne sunt indeclinabiles. ¶ NOMEN est pars ozationis cū casu corpus/aut rem propie /communiterue significans.

Nomen. ¶ Nomen dē a nosatino/q p hoc solum vnuscuiusq; qlitatē.

¶ Nominū alia sunt Substantiua/alia sūt Adiectiua/alia vero Relatiua. Substantiuum est quod in ozatione per se subsistere potest/et huic vel duobus articulis ad

Substantiuū summum inflectitur. vt hic magister/hic et hec sacerdos.

¶ Substantiuū est duplex. Proprium et Appellatiuū. Proprium est quod rem singularem et non communem significat. vt Petrus/Roma/Tyberis.

Proprium. ¶ Proprii nomē est quadruplex. Prenomē/nomen/cognomē/et agnomē. Prenomē est quo vsi sūt Romani et Sabini reuerētie vel amicitie cā vt Quintus. Aulus. Titus.

¶ Nomen proprium est quod primo alicui rei inditur. vt Andreas.

Cognomen est cognationis nomen. vt Scipio.

Agnomen est quod alicui ob euentu imponitur. vt Romanus/Affricanus.

Nomen proprium natura sua propie caret plurali numero. vt patet in hoc versu.

Propria deficiunt plurali significanter

¶ Quatuoz tamen modis propria nomina pluraliter declinari possūt. Primo modo causa euentus/vt quādo eueniūt plures eodē nomine appellati. vt duo fuerūt Plinij maioz et minoz. Secundo partitionis gratia vt Galliarū altera est superioz/altera citerioz. Tertio authoum vsu Martialis cum scripsit/sūt Mecenates/ sūt Flacci/ sūtq; Marones. Quarto opinionis causa. vt in illo Vergiliano. Quid rātū Oceano properant se tingere soles. Opinionem vulgi imitatus est qui quotidie nouum solem oriri opinabantur.

Propria plurali quandocq; petunt variari
Euentus causa vel cum partitio detur
Vsus & authorum vel opinio cum varietur

Appellatiuū. ¶ Appellatiuum est cuius significatio naturaliter cōmune est multoz̄um. vt homo/ leo/arboz. Appellatiuum est multiplex. Corporale qō corpus significat/vt homo/ lapis. Incorporale quod non significat corpus/vt anima/virtus.

Corporale.

Ononymum ¶ Ononymum id est equiuocum quod nō significatione/sed voce cōuenit/vt canis/ cancer.

Synonymum Synonymum est quod non voce sed significatione conuenit/vt ensis/mucro/gladius.

Ad aliquid dictum. ¶ Ad aliquid dictū ē cuius significatū ad aliud depēdet/vt dns seruus/pater filius.

¶ Nomen quasi ad aliquid dictū partē significat dependentiū/sed comodo positus illud ad quod dependet/vt nox/dies. dexter/similiter.

Gentile. Gentile est quod gentem significat/vt Grecus/Italus.

Patrium. Patrium est quod a patria sumitur/vt Romanus a Roma.

Interroga. Interrogatiuum ē quod cum interrogatione profertur/vt quis est ille rex gloriē?

Infiniti. Infinitiuum est quod incertum significat/vt quisquis/quicunq;.

Collectiuum. Collectiuum est quod in singulari multitudinem significat/vt populus.

Diuidum. Diuiduum seu distributiuū est quod a duobus vel pluribus ad singulos relationem habet/vt uterq;/alter/alteruter/quisquis/omnis/singuli.

Partitiuū. Partitiuum nomen est quod partitionem significat. vt quidam/ullus/aliquis

Generale. Generale est quod in diuersas species diuidi potest/vt animal/arboz.

Speciale. Speciale est quod altera pars diuisionis a genere est/vt equus/laurus/pirus.

Factitium. Factitium est quod a sonoz̄um proprietate factum est/vt turtur/grus/tintinabulū.

Absolutum est quod per se intelligi potest vt deus/ratio.
Temporale est quod tempus significat. vt mensis/annus.
Locale est quod locum vel spatium significat. vt longinquus/propinquus.
Græculum est quod totum est grece declinationis. vt pan panos/calypso calypsus.
Latinum est quod totum in latinam regulam conuersum est. vt pollux pollucis.
Norhum quod greca latinaq; vox est vt Achilles.
Numerale est quod numerum significat. vt vnus/duo.
Numerale est quintuplex. Cardinale/ordinale/ distributiuum/ponderale/ et multiplicatiuum.

Absolutum.
Temporale.
Locale.
Græculum.
Latinum.
Norhum.
Numerale.

¶ Nomen Numerale cardinale est quod solū numerū significat. vt vnus/ duo/tres/ decem octodecim/ duo de viginti/decem et octo/nouendecim/vndeuiginti / vel decē et nouem/viginti/centū/mille/duo milia/tria milia/et referuntur pro quot. vt habeo decem talenta quot tu. Numerale Ordinale est quod preter numerū significat etiam ordinē. vt primus/secūs/tertius/vigesimus vel vicesimus/sine tricesimus/centesimus/ millesimus/et similia/et referūtur per quotus. vt tu primus in classe meus. quotus tu in tua. ¶ Numerale Distributiuum est quod preter numerum significat etiā participationem seu diuisionem/vt singuli/bini/terni/quaterni / quini/viceni/centeni/ millēni. Et referuntur per quoteni. vt per vbem terni insistimus/quoteni nos.

Cardinale.
Ordinale.
Distributiuum.

¶ Illa nomina Distributiua (vt vult Priscianus) solum pluraliter declinantur. vt in plurali nominatiuo singuli/e/a/quoteni/e/a.
¶ Ponitur interdum bina pro duo/terna pro tria. &c. quotiēscūq; substātiua quibus iunguntur/declinantur tantū in plurali/vt binas/ternas/denas literas. nam duas tres/decem/non licet dicere. Poete tamen cum aliis substantiuis vsurpant. Virgil. Bina manu lato crispans hastilia ferro. Excipitur secundum Vallam pondo. nam habemus dicere duo pondo/et milia pondo argenti.

n

n

¶ Numerale Ponderale est quod preter numerū significat etiā quātitatē pōderis vt mensure/vt simplus/duplus/quadruplus/vigecuplus/centuplus/millecuplus. Et referūtur p quotupli9. vt Egypt9 reddit triticū cētuplū/ quotuplū nō reddit Italia

Ponderale.

¶ Numerale Multiplicatiuū siue Diuisiuū forme ē quod p̄ter numerū multiplicationē formā significat. vt simplex/duplex/triplex/quadruplex / nonuplex/decuplex/ vigecuplex/cētuplex/millecuplex. Et referūtur p quotuplex. vt habeo bestē triplicē quotuplicē tu non habes. ¶ Hec nomia Diuisiue formē ponūtur aliqñ p primitiuis & propter qñ iūguntur nōibus plurali carentibus. vt triplex fuimus Troes egreditur.

Multiplicatiuum.

¶ Ea nomia dicūtur Numeralia quibus vtimur in numerando. vt vnus/duo / tres/ singuli/bini/terni. Et numeralia aduerbia. vt semel/bis/ter/quater/etc̄ alia hmōi/ in quibus notandū ē q̄ in cōpositis citra viginti si copula intercesserit/maior nūer9 semper precedet. vt decē/et septē/decē et octo. Si autē nulla intercedat copula / minor numerus semper precedet. vt septendecim/octodecim. Supra viginti autē vsq; ad centum. vt maximus est quisq; numerus ita in primo loco ponetur. vt viginti vnus/ viginti duo/viginti tres. Sed si copula precedat is numerus preponetur qui minor est. vt vnus et viginti/duo et viginti. &c. vt Cicero Plato vno et octogesimo ano scribens est mortuus. Item Leontinus Gorgias centū et septem cōpleuit annos. Ex quibus Ciceronis verbis manifeste colligitur ante centū preponi numeū minorē/ post centū vero postponi. Eodem modo loquimur/supra viginti milia vsq; ad centum milia. Vt milites nostri sex et viginti milia erant/vel milites nostri erant viginti sex milia/vel milites nostri erant vicies sexies mille. vel militū nobis erant viginti sex milia. Etenim hec nomia dū copule carent cōpolita videtur. vt vndecim/ duodecim/septendecim/viginti vnus/viginti duo/et similia quēadmodū illa/vndeviginti/quasi vno dempto de viginti /et significat decem et nouem.

Diligēt nota.

¶ Sunt preterea Numeralia/vnarius/binarius/ternarius/vicenarius/ et similia que denotāt nō multiplicationē sui. Sed numerū aliarum rerū que nō nominātur. vt lapis centenarius/non q̄ centuplus sit/sed centum librarū/homo centenarius/ non q̄ sit centū ceminus/sed quia habet centum annos.

Iuarius.

¶ Alia sunt que significant numerum annorū/vt biennis/ triennis/quadriennis/ quinquennis/sexennis/septēnis/octennis/nouennis/decennis. Et vt quidā volūt adduntur/his vndecennis/et duodecennis.

Iuennis.

¶ Reliqua pro quotiesdā iudicio non sunt in vsu / et referūtur per quotennis / vt sum decennis / quotēnis tm. A predictis fiunt substantiua / biennīū / triennīū / quadriēnīū / quinquennīū / sexennīū / septennīū / octennīū / nouennīū / decennīū. Similiter dicimus bimus / trimus / quadrimus / Item annīculus / bimulus / trimulus / quadrimulus.

Adiectiuum.

Quemadmodum dicendum est de nominibus / ita dicendū est de aduerbijs. vt semel / bis / ter / quater / quinquies / sexies. &c. bigesies / trigesies / quadrigesies / quinquagesies / sexagesies / septuagesies / octuagesies / nonagesies / pro quotus dicimus / bicies / tricies / quadragies / quinquagies / sexagies / septuagies / octuagies / nonagies / centies / ducenties / millies / et referuntur pro quoties / Vt ter legi Vergilium / quoties tu.

Adiectiuorū.

¶ Adiectiuum est quod per se subsistere non potest / nisi positū in neutro genere substantiuato / et p tres voces seu articulos variat / vt bonus / a / um. hic / hec / et hoc felix.

¶ Adiectiuorū tres sūt species / Alia sunt pura declinatiōe / Cōstructiōe / et Significatione / vt albus / alba / album. hic hec hoc felix.

¶ Alia sunt Adiectiua significatione / ac substantiua declinatione et constructione / vt vt patet in his versibus.

Degener et pauper diues sospes locuples pos
Impos habes compos teres inquies atq; superstes
Vber dis ales iungas iis a pede nata

¶ Alia sunt Adiectiua Declinatione / et substantiua significatione et constructione / vt Partitiua / distributiua / interrogatiua / et infinita partitiue posita / q̄ aliter supta semper adherent substantiuis / vt quis homo / quis hominū / quidā ciuis / quidā ciuīū.

¶ Item Adiectiuorū quedam sunt Qualitatiua / quedam Quantitatiua.

Qualitatiuū est quod qualitatem significat / vt bonus / malus.

Quantitatiuū est quod quantitatem significat / vt magnus / longus.

¶ Adiectiuorū que significāt quātitatē alia significāt quātitatē cōmunā vt magnus &c. alia discretā. Et hys que significant quantitatem discretā / alia significāt quātitatē discretā / absolutā vt duo / duo / tres / bini / bienne. &c. Alia significāt quātitatē discretam ordinalē. vt primus / secūdus. &c. Alia significāt quantitatem discretam distributiuā vel dispartitiuā. vt bini / terni. Alia significant quātitatem discretam multiplicatam forme / vt simplex / duplex. &c.

¶ Relatiuum est quod rem antedictam iterum refert.

Relatiuum est duplex / Substantie et Accidentis.

Relatiuum substantie est quod antecedens substantiuū refert.

Sunt autē relatiua substantie tredecim / vt patet in his versibus.

Relatiuum.

Qui, que, quod, suus, ipse, sui, sic alter, is, idem
Ille alius reliquus simul ambo cætera vter q̄

¶ Relatiuū substantie est duplex Identitatis / et Diuersitatis.

Relatiuum substantie Identitatis est illud / quod idem cum suo refert antecedente.

Sunt autē Relatiua substantie Identitatis nouem / qui / que / quod / is / suus / ipse / sui / ille / idem / ambo / et vterq;.

¶ Relatiuum substantie Identitatis est duplex / Reciprocum / et non Reciprocum.

Reciprocum Relatiuū est quod in se sui significationē reflectit. vt Cato defendit se.

Sunt autem Relatiua reciproca duo / sui / et suus.

Non Reciprocū relatiuum est quod in se sui significationem non reflectit. vt Cato defendit illum.

Sunt autem reciproca relatiua septem / qui / que / quod / is / ipse / ille / idē / ambo / vterq;.

Relatiuū substantie diuersitatis est illud quod diuersa a suo refert antecedente / vt doctorum alius legit / alius scribit.

¶ Sunt autē Relatiua substantie diuersitatis quatuor / alius / alter / reliquus. &c.

Relatiuum accidentis est illud quod antecedens adiectiuum refert / vt ego sum albus / qualis es tu. Sunt autem relatiua accidentis decem / vt patet in his versibus.

¶ De nominibus.

Quot qualis quantus qnotuplex quotus atq; quoteni Et quotuplus cuius cuias hisiunge quotennis

¶ Qualis est relatiuum accidentis qualitatiuum quia qualitatem significat/ cui respondent nomina adiectiua eandem qualitatem significantia/ vt iustus qualis celat. Ad hanc speciem reducitur cuiusmodi. — Qualis.

Quantus est relatiuum Quantitatiuū/ quia quantitatem significat/ cui respondent nomina adiectiua eandem quantitatem significantia/ vt sum longus quantus tu. — Quantus.

Quot est relatiuum Numerale absolutum/ quia quantitatem discretam numeralem absolutam significat / cui respondent nomina numeralia cardinalia/ vt natus sum annos sedecim quot tu. — Quot.

Quotus est relatiuum ordinale/ quia quantitatem discretam ordinalem significat/ cui respondent nomina ordinalia/ vt primus sum in classe mea quotus tu in tua. — Quotus.

Quoteni est relatiuū Diuisum siue dispartitiuū/ quia quantitatē in partes numeros diuisam significat/ cui respondent nomina diuisiua siue dispartitiua/ vt sum⁹ bini/ quoteni vos. — Quoteni.

Quotennis est relatiuum Annale/ quia quantitatem discretam annorum significat/ cui respondēt nomina numeralia vel ex numeralibus et ānō cōposita/ vt sū decennis vel decem annorum quotennis tu. — Quotennis.

Quotuplus est relatiuum Ponderale/ quia quantitatem discretam pōderis vel mēsure significat/ cui respondent nomina ponderalia/ vt Egyptus reddit triticum centuplum quotuplum non reddit Italia. — Quotuplus.

Quotuplex est relatiuum Diuisum seu multiplicatiuum forme/ quia diuisionem seu multiplicationē forme significat/ cui respondēt nomina multiplicitatē significantia. vt habeo duplicem bestem quot uplicem tu non habes. — Quotuplex.

Cuius est relatiuum Possessiuum/ quia possessorem signific at/ cui respōdent nomina vel pronomina possessiua/ vel grūs prop̄riorū Ꝑuis substātiuorum/ vt hic equus est patruus/ vel patris cuium est frenum. — Cuius.

Cuias est relatiuum Patrium seu gentile/ quia gentem siue patriam significat/ cui respondent nomina gentis seu patrie/ vt sum Anglicus/ cuias es tu. — Cuias.

¶ Relatiua que incipiunt a c/ vel a q/ tribus modis ponuntur/ Relatiue/ vt ego sum talis qualis es tu. Noui cuiusmodi homo es/ tam magnus quantus es tu. Romanꝰ cuias es tu/ Interrogatiue/ qualis es tu? quantus es tu? quotum annum agis? quot nūmos habes. Infinite/ vt nescio quātus sis/ cuias sis/ aut cuia filia sit hec puella. — Relatiua et cunctꝰ.

¶ Relatiua que incipiunt a t/ tribus modis accipiuntur/ Relatiua copula mediante/ Vt ego sum magnus et tātus est Plato. Habeo multos discipulos et tot habet. Socrates. Redditiue hoc est loco antecedentis / vt ego sum talis et tantus/ qualis et quantus est iste. Infinite/ quando sequitur coniunctio q/ vel vt/ Vt ego sum talis et tantus vt non egeam opera tua. Ego cupio talis esse vt videar felix. Hoc etiam mō sumuntur istiusmodi/ eiusmodi/ illiusmodi.

¶ Reperiuntur alia relatiua Geminata/ vel assumētia sibi cunctꝰ/ vt quotquot quotcunctꝰ/ qualisqualis/ qualiscunctꝰ/ quantusquātus/ quantuscunctꝰ/ cuiascuias/ cuiascūctꝰ Quis etiam geminatur/ vt quisq̄s/ et qui/ assumit sibi cunctꝰ/ vt quicunctꝰ / que ꝓpie posita habent ipsius relatiui simul cum antecedente distributiuo/ vt quisq̄s vel quicunctꝰ legit/ discit. i. oīs qui legit discit. Ponuntur etiam aliquando ꝓ ipso relatiuo tantū/ vt deus omnia quecunctꝰ voluit fecit/ ꝓ quę voluit. Et ꝓ distributiuo tātū vt ego diligo quēcūctꝰ hominē. i. omnem hominem. Ponuntur etiam infinite. Virgi. Quicquid erit superanda fel ix fortuna ferenda est.

¶ Dictiones Geminate eque significant/ acsi assumerent sibi cunctꝰ/ vt quisq̄s. i. quicunctꝰ/ ubiubi. i. ubicunctꝰ/ utut. i. utcunctꝰ.

Itidem quedam aduerbia aliquādo sumuntur relatiue/ interrogatiue/ et infinite/ vt ubi/ unde/ quo/ qua/ quū/ q̄n/ quousq̄/ quousq̄ctꝰ/ de q̄bus exempla sūt facillima inuentu. Preterea ulterioꝝ antecedētia nōnūq̄ sumūtur relatiue/ vt fui ap̄ vos et ibi fuerūt de eorū numero mihi ōnes. Sic etiā fit de reliq̄s. ¶ Nomini accidunt sex species/ genus/ numerus/ figura/ persona/ et cas⁹. Spēs ē qua cognoscitur ꝓmatiuū a derivativo.

Species.

¶ Species est duplex ꝓmatiua/et Deriuatiua.
ꝓmatiua species est cum dictio a nullo alio derivatur/vt Roma/mons.
Derivatiua est cum dictio ab alio derivatur/vt Romanus/montanus.
Vbi notandum est vt quotiens res verbi precedit rem nois/nomẽ derivatur a verbo vt a scribo scriba. Vbi aũt e diuerso fit/verbũ descendit a noie/vt ab armis/mo/as

Derivatinorum species

¶ Derivatiozum species sunt decem scz/Patronymicum/Possessiuũ/Cõparatiuũ/Superlatiuũ/Diminutiuũ/Verbale/Participiale/ Aduerbiale / ꝓtronymicum/et Denominatiuum.

ꝓtronymi.

¶ Patronymicum est quod significanter a patrũ derivatur nois secũdũ grecã formã et sigt eũ grõ ozinatiui filiũ vel nepotẽ/filiam vt nepotem. vt Eacides filius vt nepos Eaci. Sed multa ab alijs formãtur abusiue tñ vt infra dicet

Possessiuum.

ꝓssessiuum est quod cum grõ principali significat aliquid ex his que possidentur/ vt regia domus. i. domus regis.

Cõparatiuũ.

Comparatiuum est quod cum intellectu positiui / vel cum aliquo participe sensus magis aduerbium significat/vt fortioz. i. magis fortis.

Superlatiuũ

Superlatiuũ est quod ad plures sui generis cõparatũ supponitur oĩbus vel per se prolatum intellectum habet positiui cum valde/aduerbio.

Diminuti.

Diminutiuũ est quod diminutionẽ seu ꝓmatiui absolute demõstrat vt rex regul⁹.

Verbale.

Verbale est quod a verbo derivatur/vt ab exulo exul.

ꝓticipiale.

ꝓticipiale est quod a participio nascitur/vt a lectus lecti/lectio.

Aduerbiale.

Aduerbiale ẽ quod ab aduerbio derivatur/vt cras crastinus.

ꝓtonymum

ꝓtonymum est quod ab alio quodã trahitur et nihil de mozatis supza significat

Denoiatiuũ.

vt ab equus eques.
Denominatiuum est quod a ꝓmatiui voce non ab aliqua speciali significatione sit appellatur. Ita oĩs dictio casualis a q̃cũq; dictiõe derivetur potest dici denoiatiuũ.

Genus

Genus est vel videtur esse discretio sexus.
¶ Genera noĩm sunt septem/scz masculinum/femininũ/neutrũ/commune duozum/commune trium/dubium/et epicenum.
Masculinum est cui ꝓponitur articulare hic/vt hic Cesar.
Femininum est cui ꝓponitur articulare hec/vt hec Insula.
Neutrum est cui ꝓponitur articulare hoc/vt hoc animal.
Commune trium generum est cui ꝓponuntur articularia copulata hic et hec et hoc, vt hic et hec et hoc felix.
Dubium ẽ incertum genus est cui sub distinctione ꝓponuntur articularia hic vel hec/ vt hic vel hec dies.
ꝓmiscuum vel epicenum genus est quod sub vna voce et vno articulo cõprehẽdit animata diuersi sexus. vt hic passer/hec aquila.

Numerus.

¶ Numerus est accidens dictionis quo fit discretio quantitatis.
¶ Numerus est duplex/scz Singularis et Pluralis.
Singularis numerus est quantitas qua dictio vnitatem significat.
Pluralis numerus est quantitas qua dictio multitudinem significat/vt homines.

Figura.

¶ Figura est dictionum simplicium cõpositarum vel decompositarum discrimen.
¶ Figura est triplex Simplex Compolita et Decompolita.

Compolita.

Simplex figura est quando dictio cum alio non componitur/vt animus.
Cõpolita est cum dictio a duobus vel pluribus fiat/vt magnanimus/ inexpugnabilis.
Decõpolita figura ẽ cum dictio a compolita dictione derivetur/ vt magnanimitas.
¶ Nois et reliqe partes ozationis cõponũtur quatuoz modis. ꝓmo modo ex duobus integris/vt suburbanus. Secõ mõ ex duobus corruptis/vt efficax/municeps. Tertio modo ex integro et corrupto/vt ineptus/inutilis. Quarto modo ex corrupto et integro/vt nugigerulus. Aliquãdo ex compluribus / vt inexpugnabilis / imperterritus. ¶ In compolitis ex duobus rectis ambo nominatiui declinantur / vt hec respublica/huius reipublice. Alteruter aũt viginti vnus/viginti duo/viginti tres/ et pro opinione quoruãdã etiã Leopardus secundũ postremũ rectũ variãtur. vt alteruter tra/trũ alterutrius/alterutri viginti vn9/a/um/viginti vnius. ꝛc. In vsurpatione huius nois viginti vnus si substãtiuũ precedat/tũc debet pluraliter sumi. vt habeo denarios viginti vnum. Sin postponatur debet singulariter sumi/ vt habeo viginti

bñ denarium. Boetius in Arithmetica. Si septies tres addantur in viginti bnām numerū cadunt/non enim dixit in viginti bnū numeros. Iridem viginti bnus caret plurali numero/nisi quando singitur substantiuo carenti singulari. No.

¶In Compositis ex recto et obliquo rectus tantummodo variatur. vt hic tribunus militum/huius tribuni militum.

¶In Cōpositis ex duob9 obliquis ambo oblīq penit9 indeclinabiles sūt vt hutulinōi.

¶Persona est accidens quod de agentis qualitate loquitur Persona.

¶Persona est triplex prima/secunda/et tertia.

Prima plona est q̄ de se loqtur/et duob9 pnomib9 accidit/ego ⁊ nos cū suis obliqs

Secunda persona est illa ad quā dirigitur sermo/et duob9 pnoib⁹ accidit/tu ⁊ vos cum suis obliquis/et vocatiuis casibus.

Tertia persona est de qua fit sermo/et accidit omnibus casualibus/preter ego nos/ tu et vos cum suis obliquis et vocatiuis casibus.

¶Casus est variatio nominis vel aliarum dictionum per mutationē vltime syllabe. Casus dē a cadendo q̄ quasi a recto cadere videatur. Vnde rectus abusiue dē casus q̄ cadens a sua terminatione in alias/facit obliquos casus.

¶Casus nūm sunt sex. Nominatiuus qui et rectus dē. genitiuus qui et patrius siue possessiuus. datiuus qui et acquisitiuus. accusatiuus qui et causatiuus. vocatiuus qui et salutatorius. ablatiuus qui et sextus dicitur. Casus.

¶Nominatiuus siue rectus est qui rem nominat/verbum plurimum precedēs. Genitiuus siue possessiuus est qui ceterorū casuum est generator/et possessionē demōstrat necnon et per eū possessiua et patronymica resoluuntur.

¶Datiuus est qui aliquid dari vel acquiri significat.

¶Accusatiuus est cui aliquid causari et in causa esse ostendit.

¶Vocatiuus est qui vocationē vel salutationem significat.

¶Ablatiuus est qui aliquid auferri demōstrat/hic quoq latin⁹ dē quia lingue latine proprius est.

Quanq̄ casus ab aliis significationibus noīa sumere possint/a notioribus tamen ⁊ frequentioribus sumpserint nomina sua(teste Prisciano)

¶Forma casualis est sextuplex. Monen Monaptotum / diptotum / triptotum/tetraptotum/pentaptotum/et hexaptotum. Forma casualis.

Monoptotum est quod vnam vocem habet per oēs casus siue singulares / siue plurales / siue vtriusq̄ numeri/vt sinapi/gūmi / cepe/pondo/cete/pedum et literarum nomina atq̄ nūmorum nomina a quatuor vsq̄ ad centum.

¶Diptotū est quod duos varios casus in declinatiōe habet/vt foris foxte/tabi tabo.

Triptotum est quod tres/vt templum/templi/tēplo.

Tetraptotum quod quatuor/vt gener/ri/ro/rum.

Pentaptotum est quod quinq̄/vt dominus/ni/no/num/ne.

Hexaptotum est quod sex vt totus/totius/ti/tum/te/to.

PRONOMEN est pars orationis declinabilis/que pro nōie posita personā recipit. Pronomē dicitur a pro et nomine quia p eo ponitur in oratione.

¶Quindecim sunt pronomina. Ego / tu/sui/ille/ipse/iste/hic/et is/ meus/tuus/suus/noster/vester/nostras/et vestras. Ex his quatuor tantum habent vocatiuos casus/tu/meus/noster/et nostras.

Species.

Deficiunt quinto casu pronomina cuncta
Tu meus et noster cum nostras excipiuntur

Pronomini accidunt sex Species/genus/numerus/figura/persona/et casus.

¶Species est qua cognoscitur primitiuum a derivatiuo.

¶Species pronominum est duplex/Primitiua et derivatiua.

¶Primitiua pronomina sunt octo. Ego/tu/sui/ille/ipse/iste/hic/et is.

¶Primitiuor spēs sūt tres/Demōstratiua/relatiua/mō demōstratiua/mō relatiua. Ego ⁊ tu/sūt sp demōstratiua/sui sp relatiuū. Alia sūt mō demōstratiua mō relatiua.

¶Derivatiua seu possessiua pronomina sunt septem/Meus/tuus/suus/noster/vē/ nostras ⁊ vestras/Et sūt omnia demonstratiua pter suus quod est sp relatiuum.

¶ De pronominibus.

Genus.

¶ Gña pronominũ sũt quinq. ℳasculinũ/ femininũ/neutrũ/cõe duoꝝ/ cõe trium.
ℳasculinum est quod rem masculini gñis refert vel demonstrat. vt hic.
Femineum est quod rem feminini gñis refert vel demonstrat. vt hec.
Neutrum est quod rem neutrius generis refert vel demonstrat. vt hoc.
Cõe duoꝝ est qđ cõis generis duoꝝ refert vel demonstrat. vt hic et hec nostras.
Cõmune trium est quod rem oĩs generis refert vel demonstrat. vt ego tu sui.

Figura.

¶ Pronomina demonstratiua eiusdem sunt generis cuius sũt res per ea demõstrate.

Persona.

¶ Figura pronominis est duplex/ Simplex vt is/compolita vt idem licet identidem componatur ab is et idem. Aliqñ est aduerbium et frequenter significat.

Casus.

¶ Persona pronominum est triplex. P[illegible] vt ego/secunda vt tu/tertia vt ille.

Declinatio.

Casus pronominum sunt ser vt in nomi[illegible]

¶ Declinationes pronominum sunt quatuor.

¶ Prima declinatio pronominum est cuius gtiꝰ et dtiꝰ singularis in i/desinũt/ licz gtiꝰ olim etiã in is terminabatur vt ntõ ego gtõ mei olim etiã mis dtõ mihi huius autem declinationis pronomina sunt tria. Ego/tu/sui. A gtõ mei derivatur meus/a um. A gtõ tui tuus a um. a gtõ sui/suus a um.

¶ Secõa declinatio pronominum est cuius genitiuus singularis desinit in us vt huius et dtiꝰ in i/vel in e/huius declinationis sũt quinq pronomia. Ille ipse iste hic et is. Sũt quoq octo pronoia q̃ secundũ hãc declinationem variantur. Vnus totus solus vllus alter alius ullus et uter et ab eis cõpolita et vocatiuis carẽt ꝑter vnus totus solus.

Pone vocatiuos cum totus solus & vnus
Sed non in reliquis quorum genitiuus in ius

¶ Tertia declinatio pronominum est cuius gtiꝰ singularis desinit in i/in e/et in i/ dtiꝰ in o/in e/et in o. Huius aũt declinationis quinq sunt pronomina/ ℳeus tuus suus noster et vester.

¶ Quarta declinatio pronominum est cuius gtiꝰ singularis in atis et datiꝰ in ati. Huius autem declinationis duo sunt pronomina nostras et vestras. Et hoc modo. ℙerotto et ℙompono reflexibus variãtur. Ntõ hic et hec nostras et hoc nostrate gtõ huius nostratis. ꝛc. quo etiam modo variantur vestras et cuius/et ablatiꝰ in i/ solo

Compositoꝝ pronominum

finiunt q̃ antiquitus gtiꝰ singularis in is/et in e exit.

¶ Compositorum pronominũ tres sunt modi/ Primus cũ nominibus/ vt hymõi. Secõus cum pronominibus/ vt istic. Tertius cum aduerbijs vt eccum et ellum.

¶ Tria nãq pronomina componũtur per nominatiuos iste hic et is. Iste et hic simul componuntur vt istic et declinatur in omnibus casibus huius pronominis hic hec hoc in c terminantibus ꝑter datiuum singularem.

¶ Idem eadem idem componitur ab is ea id/et hoc aduerbio demum et sequitur primitiuũ. Sed neutrali bene rursus componitur in ntõ et accusatiuo tantũ vt idemdẽ quod aliquando aduerbium est frequenter significat.

ℳet.

ℳeme tete sese licet in accentu ostendantur esse compolita non est compolitio/ sed quedã vocis geminatio et recti et ablatiui voces sũt/ sese et ã pluralis numeri esse potest.

¶ Ceteres sunt quedã syllabe pronominibus adiecte met te pte ce. ℳet cum oĩbus casibus huiꝰ pnois ego tã singularibꝰ q̃ pluralibꝰ adiũgitur vt egomet memet. ꝛc. Adiungitur etiam omnibus obliquis tantũ casibus huius pronominis tu/vt tuimet tibimet temet non recto ꝓpter differentiam huius verbi timeo/es/ adiicitur met vt vult Prisicianus pronominũ sui/vt suimet / sibimet semet. hoc etiam pronomen ipse adiicitur non solum ꝓprijs nominibus sed etiam pronominibus ad discretionem faciendam quẽadmodum ꝓdicte syllabice adiectiones vt ℙlato ipse/vel ipse ℙlato. Ego ipse tu ipse ille ipse.

Te.

¶ Te enim ntõ tantum pronominis tu adiungitur/ vt tute. i. tuipse.

Pte.

¶ Tutemet etiam in ntõ solo et vocatiuo dicimus.

Ce.

¶ Pte quinq ablatiꝰ possessiuis adiungitur vt meapte tuapte suapte nostrapte vestrapte. Legimus enim suopte ponderea apud Ciceronem in natura deoꝝ. Veteres enim per omnia genera huiusmodi ablatiuis vsi sunt.

¶ Ce syllabam adiiciebant antiqui oĩbus casibus hic hec hoc noni aũt tantũmodo his obliquis qui in s desinunt. vt genitiuo huiusce/ dtõ huisce actõ hosce hasce ablatõ hisce

que vox inuenitur masculina in ntō singulari. Teren. in eu. Hilce arbitrātur fuā Thaidē esse. Rursus cōponebāt hisce cū ne/e/ni/uersō/vt hiccine/ heccine/hoccine/ sicut illaucine/istaccine/nam illucce/illusce/illuce/istucce/illucce/illucce/illucce/ istacce/veteres dicebant.

¶ Quis aliquas recipit adiectiones quas non recipit qui/vt patet in his versibus.

En ne alius num si deposcunt quis sibi subdi
Et qua volunt non que quoties reperitur vtrumq;
Post quis namq; piam non post qui pone putasq;
Dam vis cumq; libet non quis sed qui sibi subdet
Nec qua volunt sed quæ quoties reperitur v trumq;
Quando relatiuum quod cunq; legis geminatum
De mptis quid vel quis finem per cumq; resoluis
Quid quoniam fixum cum prole regit genitiuum
Quod similem casum quia mobile vult sibi iunctum

¶ Componitur quis cū li/vt si quis cum ne/vt nequis/cum alius/vt aliquis / cū en/ vt ecquis/n/un c/uerso/cum nū/vt nunquis/cū ds/et quisds et dcdo/actō quicquid/ ablō quoquo. Seruum cū declinat quisds geminatū in oibus casib⁹. vt ntō quisds/ grō cuiusnius/dtō cuicui. ꝛc. Alia vero declinantur vt cozū simplex qui quæ quod vt quid/nisi q in femínea a voce nti singularis et neutrali pluralis dicimus/siqua/necq ecqua/aliqua/nunqua/et hozū ablatiuus non terminatur in i. Et aliquæ voces plurales istarum ꝓpter malum sonum non sunt in vsu/vt quozūq;/qualsq;. Componitur quis cū li

¶ Adiunguntur etiam quis vt particule nam/vt quisnā/q; vt quisq;/ex quo fit vnusquisq; singulare tm. piam/vt quispiam:puta/vt quisputas/ĥ/vt quisq;. A qui etiā deducto/vt quidā/quibus/quilibet/quicunq; pronominum sequuntur. Aliquis/quidā/ quisq;uis quisq;ā tm̄ significāt. Id quidem sīgt certum/aliquis/dq; a dspā/incertū. Quisq;

¶ Omnis/quisq;/et vnusquisq; idem significant sed in vsu discrēt/quisq; tangitur superlatiuo/aut nomini ordinali/omnis vero et vnusquisq; positiuo aut comparatiuo. Nota q; quisq; caret grō plurali loco cuius grūs singularis sumitur/vt in hoc vulgari/ all the ryches mēnes goodes are taken away. Vtilissimi enim sūq; facultates sūt ablate. Optima cuiusq; virtus est laudanda.

Quis et quid nūq; ponūtur relatiue sed vel interrogatiue/vt quis es tu? quid agas? vel infinite/vt nescio quis sis aut quid agas.

¶ Quis vel qui aliq̄ ponūtur pro qualis. Teren. Quis tibi videor. i. qualis videor. Item pro quanto vt quo magis, i. quanto magis. Item pro quomodo aut propter quid. Teren. Qui istud. i. quā aut cur. Item pro vt. Teren. Fidem sibi me obseruauit qui sciret se non desertum vt darem.

¶ Qui/que/quod tribus modis ponitur. Primo modo relatiue/vt sum pius Æneas raptos qui ex hoste penates classe veho mecum. Secundo modo interrogatiue vt sed vos qui tandem quibus ant venistis ab oris. Tertio modo infinite / vt nescio quā rē agens/aut quem hominem diligas.

¶ Sui et suus semper reciproce ponuntur.

¶ Ipse/a/um/duobus modis ponitur. Primo modo relative in tertia persona/vt ego deum colo et ipse benefecit mihi. Secūdo modo demonstratiue quādo pro nomine demonstratiuus ponitur/vt ego ipse/tu ipse/ille ipse. Inuenitur etiam sine pronomine. Virgi. Ipse remitto et sit etiam per detestationem profertur. Virgilius. Ipse ratem cono subigit velisq; ministrat quali solus.

¶ Ille/a/ud/tribus modis ponitur. Primo modo relatiue / vt ego deum colo/et ille impio videre. Secundo mō demōstratiue/vt video ne illū. Tertio mō redditiue/vt ille qui legit didicit. Ille etiā figurate apponitur. Virgilius. Ille ego qui quondā gracili modulatus auena. Et cūq; ille Æneas q̄ vbi dextra Anchise alma Venus phrygijq;

Cōposites cum quis

Omnis. Quisq;

Vnusquisq;

Qui que quod tribus modis ponitur.

Ipse duobus modis.

Ille tribus modis.

gemit. Simo entis ad vndam/non tamen discretionem significat / vt ipse. sed potiꝰ relationem quādam. Ille quoq; nonnunq̄ per dignitatem quandam atq; eminentiā accipitur vt Ille Cato Censorinus. Ille magnus Alexander.

Alius tribus modis.

¶Alius/a/ud/tribus modis ponitur/Relative/vt video Petrū et alios homines/licet antecedens. i. Petrus differat ab aliis hominibus numero / specie tamen conuenit/ que est homo. Secundo Discretiue vt ego sum alius a te. i. ꝑ tu. Tertio modo Diuisiue/vt hominum alii boni alii mali.

Alter tribus modis.

¶Alter eiusdem modis ponitur / sed differunt nam alius de pluribus/ alter vero de duobus dicitur/sicut vter de duobus/et quis de pluribus interrogatiua sunt.

¶Ad Vter respōdendū est per noīa de duobus dicta/vt vterq;/alter/neuter/⁊ similia. Ad Quis respōdēdū ē ꝑ noīa de pluribꝰ dicta/vt ois/nullꝰ/nemo/aliꝰ/dlcq; ⁊ similia.

¶Hec pronoīa Ego/tu/sui/antiquitus duplicuter efferebant gtōs / vt ntr̄ō ego/gtō mei vel nis. Ntr̄ō tu/gtō tui vel tis/ Ntr̄ō suus/gtō sui vel sis. Vbi sciendum est q̄ isti genitiui/mei/tui/sui/primitiue sēper passiue sumūtur/quare cum actiue loquimur vtimur eoꝝ possessiuis meus/tuus/suus/loco nis/tis/sis/que iam antiquata sunt. vt potestas mea/et potestas mei/cura tua/et cura tui/copia sua/et copia sui.

Hic/Iste/Ille differūt i vsu.

¶Istōrū isti gti Nostri et vestri primitiui sēper passiue sumūtur/ nostrū ꝙ ⁊ vestrū. actiue similiter eoꝝ possessiua/noster et vester/vt habet curā nostri et curam vestri. non nostrū et vestrum. Nullꝰ dicim⁹ nemo nostrum et vestrum / nō nostri et vestri.

¶Hoc autē iter hec tria vl pnoīa siue aduerbia interest hic significat rem iuxta loquenti proximum iste vero siue istic rem aut locum proximum ei cū quo loquimur. ille vel illic locum aut rem remotam ab vtroq;.

Is et hic differunt.

¶Preterea is et hic inter se differunt/ nam is/spacio longiore accipitur/hic vero propinquiore/multis tamen in locis confunduntur/vt qui ꝑfert virtutē diuitiis hic sane prudēs ē/vl is sane prudēs ē. Item iste pro hic/et ille pro is aliquādo sumitur.

Quare inuentum ē pnomē

¶Inuentum est pronomen tribus de causis / Primo propter necessitudinē/q; nulla alia pars orationis supponitur verbis ꝓprie vl sc̄de plene ꝑter pnomē. Scdo propter demōstrationem/vt ille/ipse. Tertio ꝓpter discretionē/vt suū ipsiꝰ qui sequitur cōsiliū.

Genera verborum.

VERBVM est pars orationis declinabilis cum modo tpe plona sine casu agere vl pati/vl neutrū significās. ¶Verbū dr a verberatu accꝰ q; ꝓferēdo aer verberatur/licet enim hoc accidit oibꝰ partibus ōcionis tñ hoc pue in hac parte ꝓprie eius accipitur/q; hac frequētius vtimur in ōcione. Verbo accidūt octo. Genus/modus/tēpus/cōiugatio/figura/ species/numerus/et persona. Genus verbi est qualitas qua cognoscitur cuius sit generis. ¶Genera verborum principia sunt duo/Personale et Impersonale. Personale verbum est quod numerum habet et personam.

Actiuum.

¶Spā verboꝝ plonalium sunt quinq;. Actiuū/passiuum/neutrū/cōmune / deponēs/ Actiuum est quod in o desinens/facit ex se passiuum in or/vt amo amor poscit actiū rei rationalis vt plurimum post se regere Facio tamē cum compositis nisi a/in i/ vertāt/vt cōficio conficior passiua habēt terminata i io/vt facio/fio/calefacio/calefio/

Passiuum.

Excipiuntur preterea q̄dā defectiua/odi/noui/cepi/et memini/q̄ voce passiua carēt.

Neutrum.

Passiuum est quod in or/desinens ab actiuo formatur. vt amor ab amo.

Neutrum quadruplex.

Neutrum est quod in o desinens non potest facere passiuum in or/nec regere actiū post se rei rationalis/¶Quanq̄ sum es fui cum compositis et multa defectiua non desinant in o sunt verba neutra/licet improprie.

¶Verbum neutrum in o desinēs ē quadruplex Transitiuum/absolutum/neutropassiuum/et neutrum passiuum.

Neutrum transitiuum est quod in o desinens actionē significat/et actiū post se regit illius dictionis in quam transit actus verbi/vt aro terrā/prandeo piscē/ceno fercula multa. Huiusmodi quoq; neutra que actiū patientem post se flagitant habēt tertias

Neutrum absolutum.

passiuorum voces/vt aratur arantur/bibitur bibuntur.

Neutrum absolutum est quod actiū non regit/vt sto/ nisi figurate.

Neutro passiuum.

Neutro passiuum est quod in preterito et temporibus ab eo formatis vocem habet passiuam quamuis in presenti et temporibus sibi cohērentibus neutrorum seruans declinationem. Quinq; enim sunt vt patet in hoc versu.

Audeo cum soleo fio cum gaudeo fido — Neutrum. Passiuum.

¶Neutrum passiuū est quod in o desinens passiuā habet significationem/ vt caleo/ frigeo. Ita quinq; tamen vapulo/exulo/veneo/fio/et nubo/tam significationem ꝙ constructionem passiuorum habent/vt vapulo abs te vel tibi.
Cōmune verbū est qđ in or desinens non descendit a verbo in o desinente/et tam actionem ꝙ passionem significant/actiuorum et passiuorum pro significatione simplicem constructionem postulans/vt ego interpretor Persium/vel a me vt mihi interpretatur Persius. Et sunt pauca que numerantur in his versibus. — Commune.

Largior experior veneror moror osculor hortor
Criminor amplector interpretor hospitor addas
Stipulor aggredior obliuiscor societur
Donatus patior inter communia ponit
Multaq; preterea veteres communia dicunt

¶Deponens est qđ in or desinens non descendit a verbo in o desinente/ꝙ tam actionem vel passionem significat/et aut hanc aut illam deponit et ideo sic appellatur. — Deponens.
¶Impersonale verbū est qđ nūero et persona deficiēs p̄ter nūero et psona ponī põt. — Impersonale.
¶Impsonale verbū est duplex. Actiue vocis quod terminatur in t. vt tedet miseret. Passiue/quod terminatur in tur/ vt testatur/curritur. Et formatur ab oibus verbis in o desinentibus/si nominatiuū habuerint pro re agente a tertia persona p̄sentis addita ur/vt amat amatur/seruit seruitur. Nullū quidē verbum in or impersonale dicimus enim amatum est/amatum fuit/amatum fuisset/in vnica dictiōe ne putares duas/ vt ait Stipontinus. — Actiuum. Passiuum.
¶Modus verbi est diuersa animi inclinatio varios eius affectus ostendens.
¶Modus verbi est sextuplex. Indicatiuus/imperatiuus/optatiuus/potentialis/coniunctiuus/et infinitiuus. — Modus.
¶Indicatiuus seu interrogatiuus vel finitiuus est per quem rogatur vel ostenditur ratio vera vel falsa. huic modo seruiunt coniunctiones ꝙ p̄. etsi. tametsi/vt plurimū etiam dictiones geminate/et cunq; assumentes. — Indicatiuus.
¶Imperatiuus est per quem iubetur vel imperatur aliquid/huic modo tangitur ne quando pro non sumitur. — Imperatiuus
¶Optatiuus q̄ ꝫ desideratiuus dicitur est per quem optatur vel desideratur aliquid huic modo deseruiunt oſi/o/vt/ꝫ si qñ optant/et hoc aduerbium vtinam. — Optatiuus.
¶Potentialis est/qui in se excludit significationem alicuius istorum verborum/possum/volo/aut debeo/cum infinitiuo modo verbi a quo descendit. — Potentialis.
¶Cōiunctiuus q̄ et subiunctiuus vt est q̄ alterum verbū sibi assciscit/vel alteri nectitur. Cui quidē modo creberrime seruiunt coniunctiones in his sequentibus versiculis. — Cōiunctiuus.

Anteq̄ & vt postq̄ nisi cum q̄is vbi donec
An si cum dubitant quasiquin ac sicq; priusq̄
Hæc coniunctiuos poscunt licet adde quousq;

¶Infinitiuus modus q̄ et infinitus ꝫ impersonalis vt est q̄ numeris ꝫ psonis carēs semper tangitur alicui modo finito et regit ante se/ sed nō semper accusatiuū. Non idem significant amatū ire vel amatueū esse. Alterū est p̄sentis tēporis vt video te accusatum ire me. i. nunc alterū futuri/vt video te accusaturum esse me/et tamen accusatum iri me abs te video/accipitur pro eo quod est videore/vel accusatū ire me vel accusaturum esse me /vel me abs te accusandum esse. — Infinitiuus.
¶Tempus est q̄ quando aliquid dictum vel factum esse significat. — Tempus.
¶Tēpus vbi ē quintuplex vīs/p̄teritū ipfectū/p̄teritū perfectū/plusq̄pfectū futurū. Tēpo pfectū quod etiam instans dē ē quod p̄senti rei aliq̄d fieri significat vt doceo. Preteritum imperfectum est quod cum peracto rei aliquid fieri significat circa preteriti perfecti et plusq̄perfecti temporis notam vt docebam. — Præsens. Præteritum perfectum.

Preteritū perfectū est qs cum aliquid perfectū esse vel desisse significat/vt docui.

Plusq̄ pfectū. Preteritum plusq̄ perfectū est quod aliquid ūplus ꝓterito ꝓterisse sign̄t / vt docueram.

¶ Tempus pfectū ꝑ imperfecto nōnūq̄ quelibet vsurpatur/ et aliqñ plusq̄ pfectū.

Futurum. Futurum tempus est quod aliquid futurum significat/vt docebo.

Conjugatio. Conjugatio est consequens verborum declinatio.

¶ Prima cōiugatio est que in infinitiuo modo actiuo a longā ante re vel ris in scā plona pūtis indicatiui passiue vocis habet/vt amo amare/ amor amaris . Excepti docui cōpositis q̄ habēt a correptā/vt circūdare/venūdare / pessundare/facessere.

¶ Secunda est que in infinitiuo modo actiuo e longā ante re vel ris in scā plona presentis indicatiui passiue vocis habet/vt doceo docere/ vereor vereris.

¶ Tertia est que in infinitiuo modo actiuo e breuē ante re vel ris in secunda plona presentis indicatiui passiue vocis habet . vt lego legere / amplector amplecteris.

¶ Quarta est que i longā ante rire infinitiuo mō actiuo vel āñ ris in scūda persona presentis indicatiui passiue vocis habet/vt audio audire/largior largiris.

Verba anomala. ¶ Verba que regulas harum cōiugationū nō sequūtur anomala sunt/vt sum/volo/ fio/et huiusmodi.

Figura. ¶ Figure verborū sunt tres / Simplex vt taceo/Composita vt conticeo/Decōpolita vt conticesco.

Species. ¶ Species seu forma verbi est qualitas qua perfectum ab imperfecto discernimus.

Species. Perfecta. ¶ Species seu forma verbi est duplex/perfecta et imperfecta.

¶ Perfecta forma verbi est que sine alterius verbi intellectu significationē suam perfecte ostendit/vt amo lego.

Imperfecta. Imperfecta forma verbi est que sine alterius verbi intellectu significationem suam habere non potest. Huius species sunt sex/ Frequētatiuum/continuatiuum / deliberatiuū/diminutiuū/imitatiuum/et cū primitiui significatio mutatum.

Frequentatiuum. ¶ Frequentatiuū est quod in to/vt lecto/aut in so cum s/vt versor aut in xo cum x/ vt nexo/et idem significat quod primitiuū cum quadam frequentatione/vt lecto.i. frequenter lego/versor.i. frequenter verto/nexo.i. frequenter necto.

¶ Forma frequentatiuorū est triplex. Prima/verba prime conjugationis ab vltimo supino a in i vtē et o in o versa formant frequentatiua / vt impero as/imperatum/ imperito/as. Secunda/verba que preteritū in gi terminant a secūda pūtis persona remota g/et addita ro formāt frequentatiua/vt ab ago gis egi agito as. Aliqñ tñ ab vltimo supino u in o versa/sed ea non sunt in frequenti vsu/vt ab ago gis/acto as/ lectito as/curlito as . Tertia / Cetera verba ab vltimo supino u in o versa formant frequentatiua/vt a curro/curris curso cursis. Sequor tamē sector facit/ tacor tutor/ queo queritor/queso quesitor i cocorrepta. A nosco etiā venit noro et nosciter et sunt quedā recte voce formata tamen in aliam q̄ suorū primitiuorū significationē trālate videntur/vt a trahor tracto/a cogo cogito/a dico dico / Item scisco a scisciter/sunt e frequentatiua dote sed non significatione. Omnia frequentatiua prime conjugationis sunt et suorum primitiuorum genus seruant / preter scito et scisciter que deponentia sunt licet scio sit actiuum.

¶ Diminutiuū. ¶ Continuatiuum est quod in sco desinit/vt lordesco/conualesco/et significat inchoationem sed incrementum continuū vt egresco.i. egrior fio/vsurpātur tamen multa ex his in sco terminātibus pro primitiuis/vt adolescо/delitescо/cōcupisco/tabesco/ dormisco/conticesco/expauescо/et ijs similia ac formentur a secunda persona indicatiui primitiui addita co/vt caleo cales calesco ces preter hiscum compositis quod facit hisco dehisco et fathisco / et plerunq̄ a verbis neutris descendunt aliquando tamen a deponenti/mutata ris in sco/vt a miseror eris misereso/et sunt neutra ois et tertie conjugationis/preteritiq̄ vocem habēt primitiuorum/ differūt tamen significatu/preterita continuatiuorum et primitiuo um/vt herba exaruit siccus est / si exaruit a primitiuo descendit/quod tam non exaret/sed modo aut olim exarebat / sin a continuatiuo descendit sensus est quod iam facta et arida.

Deliberatiuū. ¶ Deliberatiuum est quod in rio vt esurio/ et nō mediatione sed deliberiū significat/ vt lecturio.i. cupio legere/ non meditor legere. esurio.i. cupio esse non meditor esse. et formantur ab vltimo supino correpta u et addita rio / vt a lectu lecturio/ab esu esturio/et sunt quatuor coniugationis.

¶ De participijs.

